Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bilis in sanctis tuis et laudabilis in secula. eo quod nunc
natus est nobis deus homo. Mox uero precepit illis ut ne
cuiquam patefacerent hunc sermonem. Ob amo
rem uero eiusdem auunculi sui NICOLAI peractis ali
quantis per diebus parentes eiusdem nomen puero NICO
LAVM imponere curauerunt. multo ex intimo
corde glorificantes et laudantes dominum.

CRESCENTE

autem diuina gratia et cooperante. isdem puer
NICOLAVS nullum umquam iocum sequi uti ceteri pu
eri cernebatur. sed humilis ac si grandeue
etatis incedebat. neque ridens. sed mitis me
rensque corde ac facie. Interea quadam die dum
litteris instrueretur. et a scolis reuerteretur quedam
mulier egra obuiauit ei claudicans gressu
Cumque idem puer pia uoce mox ut eam uidit mo
neret. quatenus sisteret gradus. signo eam signauit
in nomine domini. et ilico gressu restituit. et in
columem reddidit. At illa uidens tantum mi
raculum. admirans ualde cucurrit et nunci